

De pugna quadam in Cisalpina

Anno centesimo nonagesimo quarto, Ti. Sempronius consul, qui duas legiones ducebat, contra Gallos in Cisalpinam contendit. Ibi milites Romani in castris ab hostibus obsessi sunt.

Per biduum¹ tamen (Galli) nihil aliud quam steterunt parati ad pugnam, si quis contra egrederetur²; tertio subiēre ad vallum castraque simul ab omni parte adgressi sunt. Consul arma extemplo capere milites iussit; armatos inde paulisper continuit, ut et stolidam³ fiduciam⁴ hosti augeret et disponderet copias quibus quaeque portis erumperent. Duae legiones duabus principalibus portis signa efferre iussae (sunt), sed in ipso exitu⁵ ita conferti⁶ obstitēre Galli ut clauderent viam. Diu in angustiis⁷ pugnatum est; nec dextris magis gladiisque gerebatur res quam scutis corporibusque ipsis obniti⁸ urgebant, Romani ut signa foras efferrent, Galli ut aut in castra ipsi penetrarent aut exire Romanos prohiberent. Nec ante in hanc aut illam partem moveri acies potuerunt quam Q. Victorius primi pili centurio⁹ et C. Atinius tribunus militum, quartae hic, ille secundae legionis, rem in asperis proeliis saepe temptatam, signa

¹ Biduum, i = spatium duorum dierum

² Egredior, eris, egressus sum, egredi = exire e castris, "fare una sortita"

³ Stolidus, a, um = stultus, a, um

⁴ Fiducia = fides in se

⁵ Exitus, us = sortita

⁶ Confertus, a, um = frequens, entis

⁷ Angustiae, arum = spatium angustum

⁸ Obnitor, eris, nixus sum, niti = "sforzarsi"

⁹ Primi pili centurio = centurio qui pugnat in primo ordine primae cohortis ("centurione primipilo")

Rif.: Roma aeterna, cap. XLV

adempta signiferis in hostes iniecerunt. Dum repetunt enixe¹⁰ signum,
priors secundani¹¹ se porta eiecerunt.

Livio

(Ivana Milani)

¹⁰ Enixe = totis viribus

¹¹ milites secundae legionis